De pecunia ob libertatem promiſſa.

3. Imp. ALEXANDER A. Herodi.

PRomiſſæ [1] tibi pecuniæ a ſervo tuo [2], *Ut eum manumitteres*, ſi poſteaquam manumiſiſti ſtipulatus [3] ab eo non es, adverſus eum petitionem per in factum actionem habes [4]. PP. Id. Sept. ALEXANDRO A. CONS. 227.

De furto.

4. Imp. GORDIAN. A. Hieroni.

LIcet [5] ſervitutis tempore [ea,] quæ pecuniam matris tuæ ſurripuiſſe [6] dicitur, ob hujuſmodi admiſſum conveniri non poterat: ad [7] libertatem tamen perducta, (nam caput [8] noxa [9] ſequitur) furti actione tenetur [10]. PP. Id. Sept. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

De eo, qui fundos domini coluit.

5. Idem A. Chreſto.

SI (ut allegas) antequam a domino manumittereris, fundos ejus coluiſti [11], poſteaque adempto peculio, libertate donatus es; ob reliqua, ſi qua pridem [12] contracta ſunt, res bonorum, quas poſtea propriis laboribus quæſiiſti, inquietari minime poſſunt. PP. 16. Kalend. Decembr. ARIANO & PAPPO CONSS. 244.

De delicto in dominum commiſſo.

6. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Feliciano.

SIve ſervi ſint hi, quorum precibus feciſti mentionem, domi eos conveni: quia inter [13] dominos ac ſervos judicium conſtare nullum poteſt: ſive poſt delictum [14] manumiſſi ſint: ex antecedentibus poſt datam libertatem eos nulla ratio juris a dominis quondam conveniri patitur [15]. † Sane ſi poſt [16] manumiſſionem domino ſuo furtum fecerunt, hoc apud Præſidem provinciæ argue: accepturus ex jure ſententiam. Dat. 2. Idib. April. *Byzantii*, AA. CONSS. 287.

TIT. XV.

QUANDO FISCUS, VEL PRIVATUS DEBITORIS SUI [17] DEBITORES CONVENIRE POSSIT, VEL DEBEAT.

De ære alieno pupilli.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Valeriano.

PRopter [18] æs alienum pupilli, res tutoris, qui nihil ex bonis ejus tenet, pignori capi non oportet. PP. 11. Kalend. Junii, LATERANO & RUFINO CONSS. 198.

Si condemnatus non eſt ſolvendo.

2. Imp. ANTONINUS A. Marco.

SI in cauſa judicati Valentis, quem tibi condemnatum eſſe proponis, nihil eſt, quod ſine [19] quæſtione [20] pignoris [21] loco capi, & diſtrahi poſſit: debitores ejus conventi, ad ſolutionem auctoritate Præſidis provinciæ compelluntur.

Si debitor debitoris fiſci fateatur, vel neget.

3. Imp. GORD. A. Primiano.

SI debitum non [22] inficiantur hi, quos obnoxios debitoribus fiſci eſſe proponis: poteſt videri non eſſe iniquum quod deſideras, ut ad ſolutionem per officium Procuratoris [23] compellantur: Nam ſi quæſtio aliqua refertur, id concedi non oportere [etiam] ipſe perſpicis. PP. 6. Kalend. Febr. SABINO, & VENUSTO CONSS. 241.

Si principalis debitor fiſci ſolvendo ſit, vel non.

4. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Zoſimo.

NOn [24] prius ad eos, qui debitoribus fiſci noſtri ſunt obligati, actionem fiſcalem extendi oportere, niſi patuerit principales reos idoneos non eſſe, certiſſimi juris eſt. S. 12. Kal. Maji, AA. CONSS. 293.

De nomine in ſolutum dato.

5. Iidem AA. & CC. Nanidæ.

IN [25] ſolutum nomine dato, non aliter niſi mandatis actionibus ex perſona ſui debitoris adverſus ejus debitores creditor experiri poteſt: ſuo autem nomine, uti [26] actione recte utetur. Dat. Kal. Jan. CC. CONSS. 294.

TIT. XVI.

DE HEREDITARIIS [27] ACTIONIBUS.

De creditore, qui ex parte ſucceſſit debitori.

1. Imp. GORD. A. Hermeroti.

PEcuniam, quam tibi a matre debitam fuiſſe dicis, ab heredibus ejus, coheredibus [28] tuis, pro parte tibi competente petere debes. Sed & res, ſi quæ tibi ob idem debitum obligatæ ſunt, perſequi non prohiberis. PP. 11. Kalend. Mart. GORDIANO A. II. & POMPEIANO CONSS. 242.

De oneribus dividendis pro hereditariis partibus, de pign. & hypoth.

2. Imp. DECIUS A. Thelemachæ.

PRo [29] hereditariis partibus heredes onera hereditaria agnoſcere etiam in fiſci rationibus placuit: niſi [30] interceſſit pignus, vel hypotheca, tunc enim poſſeſſor obligatæ rei conveniendus eſt. PP. 14. Kal. Nov. ÆMILIANO, & AQUILINO CONSS. 250.

De exactione dotis.

3. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. [& CC.] Maximæ.

HEredem [31] mariti quondam tui de [32] dote tibi reddenda conveni, perſonalem [enim] actionem contra debitores hereditarios tibi decerni fruſtra poſtulas. PP. 14. Kal. Maji, AA. CONSS. 293.

De pupillo herede.

4. Iidem AA. & CC. Criſpo.

SUB [33] prætextu [34] ætatis pupilli debitoris hereditarii creditorum exactionem differri non poſſe, nimis evidens eſt. Unde, cum te tutorem proponas, quemadmodum a pupilli creditoribus ſatisfiat, citi [35] debes. Dat. 10. Kal. Decemb. *Sirmii*, AA. CONSS. 293.

Si creditor debitori ſucceſſerit.

5. Iidem AA. & CC. Julio.

UT debitum tibi ante [36] aditam hereditatem ſolvatur; ac tunc, ſi ad te pertineret [hereditas] quæri jubemus, præpoſtera [37] petitio eſt. Etenim cum tibi ſoceri ſucceſſionem quæſitam patuerit, debiti [38] petitionem confuſione eſſe ſublatam non ambigitur. Dat. Prid. Non. Mart. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

De adulta quæ debitori ſucceſſit ex parte.

6. Iidem AA. & CC. Domno.

SI adulta, cujus curam geris, pro triente patruo ſuo, quem etiam tutelam [ejus] adminiſtraſſe proponis, heres extitit [39], nec ab eo quicquam exigere prohibita [40] eſt: debitum a coheredibus ejus pro beſſe petere non prohibetur [41]: cum ultra [42] eam portionem qua ſucceſſit, petitio non confundatur. Nam adverſus [43] adultam tuam reſcindi poſtulas teſtamentum, ſi quidem coheredes ejus adeuntes [44] hereditatem ſe etiam obligant, & ſi non ſolvendo conſtituti probentur, poſtulata ſeparatione [45], nullum ei damnum Præſes provinciæ fieri patietur. Dat. Kalend. Decemb. AA. CONSS. 299.

Qui convenienti ſunt, vel non.

7. Iidem AA. & CC. Apolauſto.

CReditores [46] hereditarios adverſus legatarios [47] non habere perſonalem actionem convenit: quippe cum evidentiſſime Lex [48] duodecim tabularum heredes huic rei [49] faciat obnoxios. Dat. 6. Id. Decemb. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 300.

TIT. XVII.

EX [50] DELICTIS [51] DEFUNCTORUM IN QUANTUM HEREDES CONVENIANTUR.

Actiones ex delicto poſt litem conteſtatam tranſeunt ad heredes. Bald.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Macedoni.

[illegible]

Poſt

POſt [1] litis conteſtationem, eo, qui [2] vim fecit, vel concuſſionem [3] intulit, vel aliquid deliquit, defuncto, ſucceſſores ejus in ſolidum, alioquin in quantum ad eos pervenit, conveniri juris abſolutiſſimi eſt: ne alieno [4] ſcelere ditentur. Dat. 5. Kal. Maji, *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

TIT. XVIII.

DE [5] CONSTITUTA [6] PECUNIA.

De eo, qui conſtituit, & de ejus heredibus.

1. Imp. GORDIANUS A. Felici.

SI [7] pro alieno debito te ſoluturum conſtituiſti: pecuniæ conſtitutæ actio non ſolum adverſus te, ſed [8] etiam adverſus heredes tuos perpetuo competit. Dat. 7. Kal. Julias, *Sirmii*, CC. CONSS. *

In AUTHENT. ut, cum de appellat. cog. §. ad hoc, aliud. Coll. 8. Tit. 16. al. 12. Novell. 115. cap. 6.

SI quando quis pro ſe, vel pro alia perſona pecuniam ſe ſolvere conſtituerit, vel ſpoponderit: ſic dicens, Satisfaciam [9] tibi, *tenetur pro quantitate, quam promiſit.* † *Sin autem ſic dixerit*, Satisfiet a me, & ab illo, & illo: *illis quidem, quos nominavit, non* [10] *conſentientibus, ſolus pro* [11] *rata tantum portione perſolvet.* † *Sin autem dixerit*, Satisfiet [12], *verbo imperſonaliter* [13] *prolato, non tenebitur.* † *Sin autem ſic dixerit*, Erit tibi ſatisfactum, aut a me, aut ab illo: *illo quem nominavit non conſentiente, ſolus in ſolidum* [14] *tenebitur.*

De receptitia actione in de conſtituta pecunia actionem transfuſa. Quæ res conſtitui poſſunt. De tempore actionis. Pro quo debito conſtituatur, & de indebito. De omnibus caſibus qui per ſtipulationem explicari poſſunt. 1. *De nomine* pecuniæ. 2. *De argentariis, & aliis negotiatoribus.*

In quacunque re debita tenet conſtitutum, non in indebita. Bald.

2. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

R*Eceptitia* [15] actione ceſſante, quæ ſolennibus verbis [16] compoſita inuſitato receſſit veſtigio, neceſſarium nobis viſum eſt magis pecuniæ conſtitutæ naturam ampliare. Cum igitur præfata pecuniæ conſtitutæ actio in his tantummodo caſibus a veteribus concluſa eſt, ut [17] exigeret res quæ pondere, numero, menſura conſiſtunt, in aliis [18] autem rebus nullam haberet communionem; & neque [19] in omnibus caſibus longæva eſſet conſtituta, ſed in ſpeciebus certis annali ſpatio concluderetur, & dubitaretur, an pro debito ſub conditione, vel in diem conſtituto eam poſſibile eſſet fieri, & an pure conſtituta pecunia contracta valeret: hac apertiſſima lege definimus, ut liceat omnibus [conſtituere] non [20] ſolum res, quæ pondere, numero, menſura conſiſtunt, ſed etiam alias omnes, ſive mobiles, ſive immobiles, ſive ſeſe moventes, ſive inſtrumenta, vel alias quaſcunque res, quas [21] in ſtipulationem poſſunt homines deducere: neque ſit in quocunque caſu annalis: ſed ſive pro ſe quis conſtituat, ſive pro alio, ſit [&] ipſa in tali vitæ menſura, in qua omnes [22] perſonales actiones poſitæ ſunt, id eſt, [in] annorum metis triginta [23]: & liceat pro debito pure, vel [24] in diem, vel ſub conditione conſtitui: & non abſimilem [25] penitus ſtipulationi habeat dignitatem, ſuis tamen naturalibus [26] privilegiis minime defraudata ſit: ſed [&] heredibus, & [27] contra heredes competat: ut neque receptitiæ actionis, neque alio indigeat reſpublica in hujuſmodi caſibus adminiculo, ſed ſit pecuniæ conſtitutæ actio per noſtram conſtitutionem ſibi in omnia ſufficiens: Ita tamen, ut hoc ei inhæreat, ut [28] pro [jam] debito fiat conſtitutum: cum ſecundum antiquam receptitiam actionem res [29] exigebatur, etiam ſi quid non fuerat debitum: cum ſatis abſurdum [30], & tam noſtris temporibus quam juſtis legibus contrarium ſit, permittere per actionem receptitiam res indebitas conſequi, & iterum multas proponere condictiones, quæ & pecunias indebitas, & promiſſiones corrumpi & reſtitui definiunt. Ut non erubeſcat igitur tale legum jurgium, hoc tantummodo conſtituatur, quod [31] debitum eſt: & omnia, quæ de receptitia in diverſis libris legumlatorum poſita ſunt, aboleantur, & ſit pecuniæ conſtitutæ actio omnes caſus complectens, qui [32] & per ſtipulationem poſſunt explicari. §. 1. Et neminem moveat, quod ſub nomine *pecuniæ* etiam omnes res exigi definiamus: cum & in antiquis libris prudentium, licet conſtituta pecunia nominabatur, tamen non pecuniæ tantum per eam exigebantur, ſed omnes res, quæ pondere, numero, menſura conſtitutæ erant: Sed & poſſibile eſt omnes res in [33] pecuniam converti: ſi enim certa domus, vel certus ager, vel certus homo, vel alia res, quæ expreſſa eſt, in conſtituendis rebus ponatur: quid diſtat a nomine ipſius pecuniæ? Sed ut ſubtilitati eorum ſatisfiat, qui non ſenſum, ſed vana [34] nominum vocabula amplecti deſiderant: ita omnes [35] res veniant in conſtitutam [actionem,] tanquam ſi fuiſſet ipſa pecunia conſtituta: cum etiam veteres *pecuniæ* [36] appellatione omnes res [37] ſignificari definiant, & hujuſmodi vocabulum, & in libris juris auctorum, & in alia antiqua prudentia manifeſtiſſime inventum ſit. §. 2. His videlicet, quæ argenti [38] diſtractores, & alii negotiatoras indefenſe conſtituerint [39], in ſua firmitate ſecundum morem usque adhuc obtinentem durantibus. Dat. 10. Kalend. Mart. poſt conſulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

De beneficio diviſionis.

3. Idem A. Joanni P. P.

DIvi Hadriani epiſtolam [40], quæ de periculo dividendo [41] inter mandatores, & fidejuſſores loquitur, locum [42] habere, in his etiam qui pecunias [43] pro aliis ſimul conſtituunt, neceſſarium eſt: Æquitatis enim ratio diverſas ſpecies [44] actionis excludere nullo modo debet. Dat. Kal. Nov. poſt LAMPADII & ORESTIS VV. CC. CONSUL. 531.

TIT. XIX.

DE PROBATIONIBUS [45].

Creditum actor, Solutionem reus probat.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Fauſtino.

UT creditor, qui pecuniam petit numeratam, implere [46] cogitur, ita rurſum debitor, qui *ſolutam* [47] affirmat, ejus rei probationem præſtare debet. PP. Prid. Kalend. Julii, DEXTRO II. & PRISCO CONSS. 197.

Pro poſſeſſore præſumptio petitorem onerat probatione.

2. Imp. ANTON. A. Aulizano.

POſſeſſiones, quas ad te pertinere [48] dicis, more judiciorum perſequere: Non enim poſſeſſori incumbit neceſſitas probandi eas ad ſe pertinere: cum te in probatione ceſſante [49] dominium apud eum remaneat. PP. 15. Kal. Decemb. LÆTO & CEREALE CONSS. 216.

De Collegis quod ſolvendo fuerint.

3. Imp. ALEXAND. A. Leænæ & Lupo.

EX perſona collegæ avi veſtri conveniri non debetis, ſi eundem collegam tempore [50] depoſiti officii [ſolvendo [51]] fuiſſe oſtenderitis. PP. 5. Kalend. Januar. POMPEIANO & PELIGNO CONSS. 232. [52].

Dominium ut probetur.

4. Idem A. Vito.

PRoprietatis [53] dominium, non tantum inſtrumento emptionis, ſed & quibuſcunque aliis legitimis probationibus oſtenditur. PP. Kal. Novemb. ALEXANDRO A. III. & DIONE CONSS. 230.

Domeſticæ & privatæ ſcripturæ ſolæ ſine adminiculis non probant.

5. Imp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Sertorio.

1 Defuncto, qui deliquit, poſt litem adverſus eum conteſtatam mortuo, in heredes ejus in ſolidum actio tranſmittitur: Ante litem conteſtatam mortuo, heredes ejus conveniuntur in id duntaxat quod ad eos pervenit. Nec enim æquum eſt, heredem alieno ſcelere ditari. *Synopſ. Baſil.* 24. *tit.* 7. *cap.* 7. §. 1. *verſ. Pœnales. Inſt. de perpet. & tempor. l.* 33. *l.* 58. *ff. de obligat. & action. l.* 1. *ff. de privat. delict.* 2 Non rapinam. *l.* 1. *l.* 2. *ff. de concuſſionibus.* 3 Non metum: Cujacius *ad l.* 16. *in fin. ff. de eo, quod metus cauſ.* ubi refert, hanc legem ſumptam eſſe ex reſcripto quodam Codicis Hermogeniani, quod integrum apud eundem vide. 4 Nemo ex dolo auctoris lucrum debet facere. *d. l.* 33. *l.* 16. *in fin. ff. quod met. l.* 38. 44. *ff. de reg. jur.*

5 §. 9. *Inſtit. de actionibus.* Paul. 2. *ſentent.* 2. & *L.* 13. *D.* 5. περὶ ἀντιφωνητῶν. 26. *Eclog. tit.* 3. περὶ ἀντιφωνήσεως. 1. Harmenopul. 3. §. 47. adde & eundem 3. *tit.* 6. §. 5. Oldendorp. *Claſſ.* 4. *act.* 8. 16. Gell. 6. 6 Conſtitui hac formula ſolet, τὸ ἱκανόν σοι ποιῶ, ἱκανόν σοι γενήσεται, ſatisfiet tibi, γενήσεταί σοι τὸ ἱκανὸν παρ' ἐμοῦ καὶ παρὰ τοῦδε. Satisfiet tibi a me, & ab hoc, & ab illo. *Eclog. dict. loco.* ἀντιφωνητὰς, Galli vocant *Reſpondans.* D. Paulus ita ſe conſtituit debitorem pro Philemone. Si quo læſit te, aut debet, τοῦτο ἐμοὶ ἐλλόγει. Extat & hæc formula *l.* 26. *ff. h. t.* Habes penes me. 7 1. Harmen. 3. *dict. cap.* περὶ ἀντιφωνητῶν. Idem 3. *tit.* 6. *Eclog. d. loco tit.* 3. 8 Conſtitutæ pecuniæ actio (quæ Græcis ἐπὶ τῇ ἀντιφωνήσει ἀγωγή.) etiam in heredes perpetuo competit. *Syn. Baſil.* 26. *tit.* 3. *cap.* 1. & Harmen. 3. §. 47. & 3. *tit.* 6. §. *ult.* 9 Τὸ ἱκανόν σοι ποιῶ, ſumptum ex *Novell.* 115. *cap.* 6. *Synopſ. Baſil.* 26. *tit.* 2. *cap.* 3. 10 Non omnis nominatus in inſtrumento eſt obligatus, ſed is tantum qui conſenſit. 11 Cur non in ſolidum? quia *Et* particula, obligationem in viriles partes diſtribuit. *l.* 11. §. 1. *ff. de duob. reis.* 12 Qui hoc dicit, *Satisfiet*, certam perſonam non exprimit: ideoque neminem obligat. 13 Imperſonalitas vitiat. *Goth.* Licet imperſonalitas ex parte promittentis vitiet obligationem, non vitiat tamen ex parte ſtipulantis. Bartol. *in l. ſtipulatio iſta.* §. *ſi quis ita. ff. de verb. oblig.* Decius *conſ.* 83. & *conſ.* 94. Alciat. *lib.* 2. *parerg. cap.* 26. Mod. 14 Cur in ſolidum? Particula *Aut*, cuilibet nominatim obligationem in ſolidum attribuit, ſi poteſt: ſin minus, ei qui poteſt obligari. 15 Hæc competebat τραπεζίτου ἀντιφωνήσαντος, cum argentarius conſtituebat: & in eo differebat receptitia ab actione de conſtituta pecunia ratione perſonarum: quod priore tenerentur ſoli argentarii: poſteriore reliqui omnes. Theophil. §. 8. *Inſt. de actionib.* Ideo dicebatur *receptitia*, quod argentarius contrahentibus apud ſuam menſam reciperet ſoluturum ſe, quod hic vel ille caviſſet. In quibus rebus fieret, vid. ȷ. *h. t.* 16 Poteſt tamen hodie conſtitutum contrahi per epiſtolam. vide Pauli *epiſt. ad Philemon. l.* 26. *ff. hoc tit.* 17 Receptitia actio a conſtitutæ pecuniæ actione olim in eo quoque differebat: quod actioni de conſtituta pecunia locus erat, conſtitutis iis, quæ numero, pondere, vel menſura conſtarent: receptitia etiam immobilibus conſtitutis, dum tamen argentarius conſtituiſſet. Theophil. *dict.* §. 8. 18 *Sub.* immobilibus. 19 Actio de conſtituta pecunia olim incerto tempore finiebatur, certis caſibus perpetua, aliis annalis erat. 20 Res omnes conſtitui poſſunt. *ut hic:* quod olim non erat. ȷ. *h. t.* ibi, *Res quæ pondere.* 21 Quod in ſtipulationem deduci poteſt, poteſt conſtitui. vel, ut Baldus ait: Quicquid eſt ſtipulabile, eſt conſtituibile. 22 Actiones perſonales annis triginta extinguuntur. *ut hic: & l.* 26. *infr. de uſuris.* 23 Actio conſtituti durat triginta annis. *ut hic:* olim erat annalis. ȷ. *h. t. ibi, annalis.* 24 Conſtitui poteſt pure, in diem, ſub conditione. *ut hic:* qua de re olim dubitabatur, ȷ. *h. t. ibi, & dubitaretur.* 25 Conſtituti actio ſtipulationi non abſimilis. *in fin. infr. h. t.* 26 Naturalia privilegia actionum, ſunt earum formæ, & effectus eis attributi a lege, hinc etiam colligunt, Ratione novi privilegii, antiquum non tolli. 27 Conſtituti actio datur heredibus & in heredes. *l.* 27. §. 3. *ff. ad SC. Trebell.* Hæc fortaſſis fuit ratio, ut hic Titulus jungeretur ſuperioribus, in quibus agitur de actionibus hereditariis, *tit.* 16. 17. 28 Conſtitutum non eſt, niſi antecedentis debiti. *in fin.* ȷ. *hic. l.* 5. §. 2. *ff. h. t.* Et merito, quia ut conſtitutum obliget, naturalem & civilem rationem exigit. 29 Recipi olim poterat res, etſi non debita. 30 Abſurdum, omnibus temporibus tale. 31 Dixi *ſupr. h. t. ibi, ut pro jam debito.* 32 Dixi ȷ. *h. t. ibi, quas in ſtipulationem.* 33 Res in pecuniam converti poſſunt. 34 Senſum, non vana vocabula, amplecti oportet. 35 Dixi ȷ. *h. t. ibi, non ſolum res.* 36 Pecuniæ tamen nomen ſtrictius eſt, quam rei. *l.* 5. *ff. de verb. ſign.* 37 Corporales. *l.* 178. *d. tit.* adde *l.* 2. §. 3. *ff. de reb. cred. l.* 1. *ff. de SC. Maced. l.* 50. *ff. de leg.* 1. 38 De argentariorum officio vide Cujacium *ad Novell.* 136. 39 Id eſt, promiſerint, & male: hinc tamen colligit Bald. Mercatores & artifices poſſe facere inter ſe ſtatuta, eaque confirmari jure communi. 40 De qua vid. §. 4. *Inſt. l.* 26. *ff. de fidejuſſoribus.* 41 Paul. 1. *ſent.* 20. §. *un.* Epiſtola D. Hadriani, quod datum eſt beneficium diviſionis fidejuſſoribus, id renuncianti non prodeſt. Nunquam igitur hodie prodeſt, vix enim ullus contractus apud notarios habetur, in quo Epiſtolæ D. Hadriani non renuncietur. 42 Mandamus credi, etiam abſentes: fidejubemus quidem præſentes tantum, ſed tamen verbis. *l.* 12. ȷ. *de fidejuſſorib. l.* 32. *ff. mandati. l.* 3. *in fin. ff. de admin. rer. ad civitat.* Conſtituimus nudo conſenſu, eoque ad actionem producendam ſufficiente. §. 9. *Inſt. de act.* Et ita differunt mandator, fidejuſſor, & is qui conſtituit. In eo conveniunt, quod pro alio hi omnes interveniunt. 43 Id eſt, res quaſcunque. *l.* 2. *ſupr. h. t.* 44 *l.* 7. *ff. de fidejuſſ. tutor.*

45 Vid. *L.* 22. *D.* 3. adde 1. Harmenop. 2. & 2. *Clement.* 7. 46 Id eſt, probare. Petenti mutuum onus probandi incumbit. *l.* 2. *ff. h. t. Eclog. d. loco c.* 2. 47 *l.* 2. *ff. h. t. l. ult.* ȷ. *de ſolut.* Reus ſuam exceptionem probare cogitur, merito, cum excipiendo fiat actor. *l.* 1. *ff. de except. Eclog. dict. loc. cap.* 17. 48 Petitori poſſeſſionis, non ei, qui poſſidet, onus probandi incumbit, idque veteris juris definitione hac regula continetur. *l.* 1. *C. de fide inſtrum.* adde *l.* 24. *in fin. ff. de rei vind. l.* 21. *ſupr. de rei vindic.* 49 *l.* 4. *ſupr. de edendo. l.* 9. *in pr. ſupr. de oblig. & act. l.* 9. *infr. de except.* 50 Qui (ne conveniatur) excipit, collegam fuiſſe ſolvendo, probare tenetur eum idoneum fuiſſe tempore depoſiti officii. Et ita ex perſona contutoris, qui erat ſolvendo tempore finiti officii, nemo poteſt conveniri. Parum ad rem Accurſius & Baldus hic colligunt, ex præſenti ſtatu præſumi in præteritum: Paulo melius Alciat. 2. *præſumpt.* 25. præſumi de præterito ad præſens. Dic melius, qui debitorem non convenit, quo eum tempore potuit convenire, ſibi præjudicat. *l.* 11. *ff. h. t. l.* 1. §. 12. 15. *ff. de tut. & rationib. l.* 1. §. 12. *ff. de mag. conven. l.* 11. *ff. ad municip. l. ult.* ȷ. *in quibus caſ. tut. habenti. l.* 1. ȷ. *de divid. tut.* vel ita: tutor vel officialis ex perſona collegæ conveniri poteſt, niſi probaverit tempore finiti officii collegam fuiſſe ſolvendo: adde *l.* 51. §. 1. *ff. de fidejuſſor.* 51 *l.* 1. §. 10. §. 12. *ff. de tut. & rat. diſtr.* 52 Hæc lex tranſpoſita eſt, ut ex hac ſubſcriptione apparet. Ideoque quarta hujus tituli in editione Haloandri recte collocatur: id quod ſæpe in hac editione accidiſſe video. 53 Dominium probari poteſt inſtrumentis & teſtibus. *l.* 10. *in fin. ſupr. de rei vind.*

Inſtru-

Inſtrumenta [1] domeſtica [2], ſeu privata [3] teſtatio, ſeu adnotatio [4], ſi non aliis quoque adminiculis adjuventur, ad probationem ſola non ſufficiunt. PP. 7. Idib. April. PHILIPPO A. & TITIANO CONSS. 246.

De rationibus defuncti, & ultima voluntate.

6. Iidem A. & C. Romulo.

Rationes defuncti [5], quæ in bonis ejus inveniuntur, ad probationem ſibi debitæ quantitatis ſolas ſufficere non poſſe, ſæpe reſcriptum eſt. † Ejuſdem juris eſt, & ſi in ultima voluntate [6] defunctus certam pecuniæ quantitatem, aut etiam res certas ſibi [7] deberi ſignificaverit [8]. PP. Idib. Martii, PHILIPPO A. & TITIANO CONSS. 246.

In AUTHENT. de jurejurando a moriente præſtito. §. ult. coll. 5. tit. 3. al. 2. Nov. 48. cap. 1.

Quod [9] obtinet omnimodo, ſi teſtator nos juraverit [10]: alioquin heredes neceſſe habeant teſtatoris religioni ſtare, aut minime fruentur his quæ relicta ſunt: Sed creditoribus nihil ex hoc præjudicii comparabitur.

Scriptura creditoris non probat debitum.

7. Imp. GALLIENUS A. Sabino.

Exemplo [11] pernicioſum eſt, ut ei ſcripturæ credatur, qua unuſquiſque ſibi adnotatione [12] propria debitorem conſtituit. Unde neque [13] fiſcum, neque alium quemlibet ex ſuis ſubnotationibus debiti probationem præbere [poſſe] oportet. PP. 3. Non. Mart. GALLIENO A. VII. & SABINILLO CONSS. 267.

Actor, non reus, probare cogitur.

8. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Publicio & Optato.

Fruſtra veremini, ne ab [14] eo qui lite pulſatur, probatio exigatur. PP. 14. Kal. * BASSO & QUINTIANO CONSS. 289.

Ætatem minorem qui allegat, is probare debet.

9. Iidem AA. & CC. Martianæ.

Cum te minorem [15] quinque & viginti annis eſſe proponas, adire Præſidem provinciæ debes, & de [ea] ætate probare. Dat. Idib. April. AA. CONSS. 293.

Ingenuitas ut probetur.

10. Iidem AA. & CC. Iſidoro.

Neque natales [16] tui, licet ingenuum te probes, neque [17] honores, quibus te functum eſſe commemoras, idoneam probationem pro filio tuæ ingenuitate continent [18]: cum [19] nihil prohibeat, & te ingenuum, & eam ancillam eſſe. Dat. 18. Kal. Maji, AA. CONSS. 293.

Nullitatem teſtamenti qui probare debeat.

11. Iidem AA. & CC. Antoniæ.

Si ſcriptum heredem ab amita tua, vel [de] teſtamenti vitio [20], vel quacunque alia ratione non poſſe obtinere hereditatem, probare poſſe confidis, de hac hereditate apud [21] Rectorem Provinciæ agere potes. S. 5. Kal. Maji, *Heraclia*, AA. & CC. CONSS. 294.

Dominium ut probetur.

12. Iidem AA. & CC. Chroniæ.

Cum res non inſtrumentis gerantur, ſed in hæc rei geſtæ teſtimonium [22] conferatur, factam emptionem [23], & in vacuam [24] poſſeſſionem inductum patrem tuum, pretiumque numeratum, quibus [25] potes, jure proditis probationibus docere debes. Dat. 5. Non. Octob. AA. & CONSS. 299.

Conſanguinitas, id eſt fraternitas ut probetur.

13. Iidem AA. & CC. Juſtino.

Non [26] Epiſtolis [27] neceſſitudo conſanguinitatis [28], ſed Natalibus [29], vel Adoptionis ſolennitate conjungitur: Nec adverſus abſentem hereditatis dividendæ gratia velut contra fratrem pro ancilla petitus arbiter, ſubſtantiam [30] perimit veritatis. Sive itaque quaſi [31] ad ſororem, quam ancillam te poſſe probare confidis, epiſtolam emiſiſti; ſive familiæ erciſcundæ, quaſi pro coherede petitus arbiter doceatur, fraternitatis quæſtio per hæc tolli non potuit. Dat. Kal. Decemb. AA. CONSS. 299.

Filius eſſe quis ut probetur.

14. Iidem AA. & CC. Municiano.

Non nudis adſeverationibus [32], nec ementita profeſſione [33], (licet utrique conſentiant) ſed matrimonio [34] legitimo concepti, vel adoptione [35] ſolenni filii [36] civili jure patri conſtituuntur. Sic itaque hunc, contra quem ſupplicas, alienum eſſe [probare] non prohiberis; per te, vel per procuratorem adfirmationem ejus falſam detege. Dat. Kal. Decemb. AA. CONSS. 299.

De violenta poſſeſſione.

15. Iidem AA. & CC. Antonio.

Vis ejus qui ſe dominum contendit, ad imponendum onus probationis ſervo minime prodeſt. Cum igitur aufugiſſe [37] te de domo Severi proponas, verum nec ab illo juſto initio: ſed per violentiam adſeveras [te] eſſe detentum, inquiſito prius, an in poſſeſſione libertatis ſine dolo malo conſtitutus ſis, tunc etiam onus probationis quis debeat ſubire, per hujuſmodi eventum declarabitur. Dat. 6. Kal. Jan. AA. CONSS. 299.

De bonis paternis.

16. Iidem AA. & CC. Philippo, & Sebaſtiano.

Sive poſſidetis prædia, quæ a patre communi ſibi fratres emancipati donata contendentes vindicant: ipſis incumbit facti probationis neceſſitas: ſive ipſis ea prædia quaſi a patre veſtro ſibi donata tenentibus, vos coheredes conſtituti patris petitis: ut intentionem veſtram non conſtitiſſe detegant, unde [38] domini facti ſunt, emergente quæſtione, docere compelluntur. Dat. 10. Kalend. Febr. AA. CONSS. 299.

De ingenuitate.

17. Iidem AA. & CC. Paulinæ.

Matrem tuam conſecutam libertatem, ac te poſt [39] editam, ut ingenua probari poſſis, oſtendi convenit. Quod enim fratribus [40] tuis nulla movetur quæſtio [41], ad defenſionem tuam nihil prodeſſe poteſt. Dat. 15. Id. Febr. AA. CONSS. 299.

De inſtrumento donationis.

18. Iidem AA. & CC. Violantillæ.

Cum precibus tuis ſignifices, ignorante [42] te prædium eum, cujus meminiſti, ſibi velut a te donatum inſtrumento inſeri feciſſe: ſi vera ſunt, [quæ] precibus indidiſti, [43] ad eum nulla facta donatione fundus iſte pervenit: unde adito judice competenti, probare [44] te oportet contra voluntatem tuam hunc fundum inſtrumento adverſarium tuum inſeri laboraſſe: ut ſecundum tenorem Reſcripti noſtri poſſis conſequi ſententiam. Dat. 12. Idus April. *Byzantii*, CC. CONSS. 300.

De exceptione dilatoria.

19. Iidem AA. & CC. Menandro.

Exceptionem dilatoriam [45] opponi quidem initio [46], probari vero, poſtquam [47] actor monſtraverit, quod adſeverat, oportet. Dat. 13. Kalend. Aprilis, *Nicomediæ*, CC. CONSS. 300.

De teſtibus.

In AUTHENT. de teſtib. §. quia vero multi. col. 7. tit. 2. Nov. 90. cap. 4.

At [48] qui ſemel produxerit teſtes, aut bis [49], aut ter [50]: & teſtificata tractaverit, aut ab adverſario hoc faciente diſputationem

1 Puta rationes. *l.* 6. J. *h. t.* 2 Id eſt, quæ domi ac privatim non adſcito tabellione teſtibus aut adverſario, quiſque ſibi facit. *l.* 3. *ff. de jure fiſci.* 3 Ἡ τοῦ ἑαυτοῦ ὑπομνήσις. 1. Harm. 8. §. 8. propria ſubnotatio. *l.* 7. J. *h. t.* 4 *l.* 7. J. *h. t.* vel profeſſio, adſeveratio. *l.* 5. J. *de teſtib.* Brevis. *l. ult.* J. *de conven. fiſci debitor.* 5 Vid. *l.* 3. S. *h. t.* 6 Id eſt, teſtamento: hoc ut verum eſſet, dixi ad *l.* 5. S. *familiæ erciſc.* & *l.* 10. S. *comm. utriuſque.* adde *l.* 37. §. 5. *in fin. ff. de legat.* 3. 7 Se debere: ita legendum exiſtimo, idque demonſtrat hæc hypotheſis, diverſa a ſuperiore, quæ extat hujus initio: Id etiam ſatis innuit Authentica proxime ſequens, qua dicitur, Heredes cogi ſtare teſtatoris religioni: Quæ verba oſtendunt teſtatorem certarum rerum debitum confeſſum fuiſſe, non autem ſibi ei res certas debitas: alioquin dicendum fuiſſet, debitores cogi ſtare religioni defuncti. Ratio autem decidendi hic eſt manifeſta. *l.* 11. §. 1. *ff. de interrog. in jur. faciend.* 8 Poteſt tamen eo caſu debitori deferri jusjurandum. *d.* §. 5. adde Cujac. *Nov.* 48. *cap.* 1. *in fin.* 9 Sic reſtitue, Quod non obtinet omnimodo, niſi teſtator &c. ut ſit ſenſus: Non continuo obligari heredes ex confeſſione teſtatoris, niſi juraverit: non ex quavis ejus confeſſione, ſed tantum jurata teneri. 10 Defuncti juramento heredes obligantur. 11 Et falſi facilitati. Cæterum hinc colligas, rem mali exempli vitandam. *l.* 47. *ff. de judiciis.* 12 Subaudi ὑπόμνησις, ὑποσημείωσις. 2. Harm. 8. §. 8. §. 9. vid. *l.* 5. 6. S. *h. t.* 13 *l. ult.* J. *de conveniendis fiſci debitoribus.* 14 A reo probationes non exiguntur, ſed ab actore. *l.* 2. *ff. h. t.* Probationibus reus non oneratur. *Syn. Baſil.* 22. *tit.* 1. *c.* 41. 15 Ætatem qui allegat, & de ætate excipit, eam cogitur probare. *l.* 4. S. *de in integr. l.* 32. *l.* 39. *ff. de minorib.* 25. *ann.* 16 *Natales*, aut honores patris liberos ejus ingenuos eſſe non probant. 17 Non neceſſario ingenua præſumitur, cujus pater ingenuus aut honore functus eſt, *ut hic.* præſumitur tamen. adde *l.* 22. J. *de liberali cauſa.* 18 Honoribus enim non funguntur, neque ad honores admittuntur ſervi. *l. Barbarius.* 3. *ff. de off. prætorum.* adde *l.* 1. J. *tit. de dignitatibus lib.* 12. 19 Id eſt, cum ſæpe id accidat. Interim obſerva argumentum a communiter accidentibus. vid. Roland. a Valle 1. *conſil.* 52. *n.* 12. 13. 20 Vitium qui teſtamenti impugnat, vitium tenetur probare: alias præſumitur pro teſtamento. 21 Nota apud quem agatur de hereditate. 22 Angel. *in l. nunquam.* J. *de donat.* Lanfran. *in repetit. c. quoniam. extr. de probat. in verb. teſtes. verſ. venit proband.* Paul. Caſtrenſ. *conſ.* 941. & Alex. *conſ.* 11. *vol.* 4. Mod. 23 Emptio, poſſeſſionis apprehenſio, pecuniæ numeratio, teſtibus, citra inſtrumenta probari poteſt. adde quæ ſcripſi ad *l.* 17. S. *de pactis.* 24 Vacua poſſeſſio quid ſit, vid. *l.* 2. *in fin. ff. de act. empt.* 25 *l.* 1. J. *de fide inſtrum.* 26 Conſanguinitas non neceſſario probatur epiſtolis, aut actu nudo judicii familiæ erciſcundæ accepto. Interim tamen præſumitur tibi ſoror, quam ſcripta epiſtola ſororem vocaſti: cum qua denique judicium familiæ erciſcundæ velut cum ſorore tua & filia defuncti accepiſti: ut onus eo caſu conſanguinitatis impugnandæ tibi incumbat. *ibi, te poſſe probare confidis.* 27 Tantum ſcilicet. vide *l.* 15. *l.* 29. *ff. h. t.* nec tranſactione matris. *l.* 26. S. *de tranſact.* 28 Conſanguinitas quomodo probetur, vide Hartmannum 2. *pract.* 13. *obſ.* 2. v. *l.* 10. *C. h. t.* 29 Probatur conſanguinitas natalibus & adoptione, hoc eſt, vel matrimonio vel adoptione. *l.* 14. J. *h. t.* Imo natalibus non probatur. *l.* 83. *ff. de cond. & demonſt.* 30 Subſtantiæ perimit veritatem. Hal. *l.* 9. *ſupr. de juris & facti ignor.* 31 Sorores enim interdum appellamus, nuda amicitia citra jus ullum ſanguinis conjunctas. adde *l.* 41. *infr. de liberal. cauſ.* 32 Non ſufficit ad probationem filiationis, ut te quis filium nuncupet, niſi ut filium quoque habeat. vid. *l.* 5. *infr. de teſtament.* 33 *l.* 5. *infr. de teſtam.* adde quæ ſcripſi de profeſſione ad *l.* 7. *infr. de fide inſtrum.* 34 Id eſt, natalibus. *l.* 13. S. *h. t. l.* 6. *ff. de his, qui ſunt ſui.* 35 *Inſt. de adopt.* 36 Dictum eſt de ingenuitatis, *l.* 10. conſanguinitatis ac fraternitatis probatione. *l.* 13. S. *h. t.* nunc tranſit ad filiationem: quæ ut probetur, vide hanc legem. adde *l.* 5. J. *de teſtam. l.* 26. S. *de tranſact.* adde quæ dixi ad *l.* 13. *ff. hoc titulo.* & *l.* 3. *ff. de cenſibus.* Filiatio quoque ut probetur, vid. Hartmannum 2. *pract.* 15. *obſerv.* 1. 37 Antonius de fuga confitetur, ſed de injuſta ſervitute Severi excipit. Interea dum de libertate judicatur, non cogitur ad Severum reverti, & de ſua ingenuitate probare: cum primum conſtiterit judici Antonium per vim a Severo, in ſervitutem addictum, Antonius in poſſeſſione libertatis conſtituendus. Si hoc non conſtiterit, ob fugam præſumitur eſſe in dolo. *Nov.* 53. *c.* 4. *Novell.* 161. *c.* 1. Socinus *regula* 163. ideoque tenetur ingenuum ſe probare. adde *l.* 20. *ff. h. t.* adde *l.* 22. *infr. de liberal. cauſ.* & ita, violenta poſſeſſione probata, poſſeſſori: ea non probata, actori & petitori onus probandi incumbit. hinc colligunt, Eum qui dominus olim fuerit, hodie quoque dominum præſumi. vid. Alciat. 2. *præſumpt.* 20. olim poſſeſſores hodie poſſidere: Idem 2. *præſumpt.* 21. olim divitem, hodie divitem: Idem 2. *præſumpt.* 27. An olim pauper, hodie talis ſit præſumendus, vid. *l.* 10. *infr. arbitr. tut.* 38 Bona a defuncto relicta, non præſumuntur alterius eſſe, aut ab eo donata, niſi de donatione conſtiterit. vid. Alciat. 1. *præſumpt.* 10. Dominium enim præſumitur continuatum in filium heredem: non in donatarium. Donatarius itaque ſive agat, ſive ab eo petatur, donationem probare tenetur. 39 Non ſi mater libera, mox ejus filii liberi: potuerunt enim ante matris libertatem naſci. *l.* 10. *in fin.* S. *h. t. l.* 22. J. *h. t.* 40 Non ſi fratribus tuis nulla movetur ſtatus quæſtio, ideo liber cenſeris. Poteſt enim eadem mater nondum libera, te: libera facta, fratres tuos peperiſſe. *l.* 17. J. *de liberal. cauſ.* 41 *Sub.* libertatis. *l.* 17. J. *de liberal. cauſ.* 42 *l. ult. infr. arbitr. tutelæ.* 43 *l.* 10. *infr. de don.* 44 Præſumitur pro inſtrumento, niſi contrarium probetur, *l.* 14. *in fin. infr. de contrah. ſtip. l.* 16. *infr. de donat. inter virum & uxorem.* Adverſus inſtrumentum admitti poſſunt probationes contrariæ. 45 *l.* 12. J. *de except. ſeu præſcript.* Dilatoriæ ad perſonas judicis, actoris, procuratoris pertinent: peremptoriæ ad ipſas cauſas. Non mirum itaque, ſi illæ ante litem conteſtatam opponendæ ſint: Peremptoriæ vero poſt eam conteſtatam poſſunt opponi. Eſt & illud ſciendum, Dilatorias quoque ex pacto temporario poſſe competere. *l.* 27. §. 1. *ff. de pactis*: qua de re vid. Cuj. 9. *obſ.* 13. 46 Id eſt, ante litem conteſtatam. 47 Id eſt, poſt litem conteſtatam: Non ſunt igitur eadem, *opponere, & probare.* Dilatoria ante, non poſt litem conteſtatam, opponitur. Poſt non ante probatur. 48 Qui tertio teſtes produxit poſt editas exceptiones amplius teſtes producere non poteſt. Quid ſi non excepit nec per ſe ipſe, aut per proprium patronum teſtimoniis interfuit? tum poteſt ante editas exceptiones, & quarto teſtes proferre: ſi tamen jurarit, non ſe dolo quartam teſtium productionem quærere. 1. Harm. 6. §. 36. 49 Senſus eſt, Eum, qui ſemel vel iterum, vel tertio teſtes produxit, & poſt tertiam productionem, productioni renunciavit, non admitti ad aliam productionem, ſi & priorum teſtimonia, vel adverſarii exceptiones non cognoverit. Sin minus, admitti: dummodo juraverit ſe priora teſtimonia cognita non habere. 50 Tres productiones teſtium permiſſæ. *Goth.* Ad confirmationem, declarationem, & ampliationem eorum, quæ ad hanc

acceperit,

acceperit, & ex hoc teſtificata [1] didicerit, non habebit licentiam ulterius uti productione teſtium, ex divina etiam juſſione: Si vero hoc non egerit, tunc danda eſt quarta [2] productio teſtium: ſacramento [3] ab eo prius dando, Quod neque ſubtraxerit, neque percontatus eſt ipſe teſtificationes, vel aliquis advocatorum ejus, vel alius pro eo agens; nec per dolum, nec per machinationem, vel artem, quartam productionem teſtium petat fieri.

Si ea, quæ de ſtatu ſuo litigat, inſtrumenta ſubtraxiſſe dicatur.

20. Iidem AA. & CC. Phronimæ.

Si de poſſeſſione ſervitutis, emptionis [4] inſtrumentis ſubtractis, in libertatem proclamat Eutychia, cum petitori [5] probationis onus incumbat, intentione ſua defecta, his juvari minime poteſt: Nam ſi in ſervitutem petatur, ad emptionis probationem non eſt indiciis aliis opus, ſed inſtrumentorum furtum [6] monſtrare ſufficit. 4. Non. Dec. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 300.

De rei vindicatione.

21. Iidem AA. & CC. Criſpo.

Ad probationem dominii, aliena ſubtrahentes [7] inſtrumenta, his uti minime [8] poſſunt: quippe cum horum lectio [9] non recitantem, ſed quem tenor ſcripturæ deſignat, adjuvet. Cum itaque nec cætera probationum indicia [10] reprobentur, jure competenti, prædiorum quæ in quæſtionem veniunt, dominium ad te oſtende pertinere: nam res vindicantem, ab emptore [11] ſuos numeratos nummos adſeverantem, erga probationem laborare non convenit: ſi quidem hujuſmodi, licet probetur factum, [tamen] intentioni nullum præbet adminiculum. S. 6. Id. Decemb. *Singiduni*, AA. CONSS. 303.

De cauſa ſtatus.

Per media impertinentia non fit probatio. Bald.

22. Iidem AA. & CC. Agathocleæ.

Ad probationem ſervitutis Glyconis, matrem ejus ac fratrem [12] ſervilia feciſſe miniſteria non ſufficit: cum [13] neque ingenuorum conniventia conjunctis neceſſitudine præjudicet: neque de ſervis ex eadem matre natis libertatem unus adipiſci prohibeatur. Dat. 9. Kal. Januar. ipſis CC. CONSS. 304.

De actore & reo.

23. Iidem AA. & CC. Menelao.

Actor, quod adſeverat, probare ſe non poſſe profitendo, reum [14] neceſſitate monſtrandi contrarium non adſtringit: cum *per rerum naturam factum negantis* [15] *probatio nulla* [16] *ſit.* Dat. 8. Kal. Jan. CC. & CONSS. 304.

De ſcriptura ſuſpecta.

24. Imppp. VALENS, GRATIANUS, VALENTINIANUS AAA. ad Antonium præfectum prætorio, poſt alia.

Jubemus [17] omnes, qui ſcripturas ſuſpectas [18] comminiſcuntur [19], cum quid in judicio prompſerint [20], niſi ipſi adſtruxerint [21] veritatem, ut nefariæ [22] ſcripturæ reos [23], & quaſi falſarios eſſe detinendos. Dat. Prid. Id. Jan. *Tiberiade*, VALENTE V. & VALENTINIANO Jun. CONSS. 376.

De judiciis criminalibus.

25. Imppp. GRATIANUS, VALENTINIANUS, & THEODOSIUS, AAA. Floro P. P.

Sciant cuncti accuſatores eam ſe rem deferre in publicam notionem debere, quæ munita ſit [24] idoneis [teſtibus, vel] inſtructa aperiſſimis documentis, vel indiciis [25] ad probationem indubitatis & luce [26] clarioribus expedita.

TIT. XX.
DE TESTIBUS [27].

De ſcripta teſtatione, & nuda voce.

Hanc legem reſtituit ex Baſilicis Cujacius lib. 13. obſervat. cap. 38. *quam Antonini eſſe exiſtimat: illius autem ea eſt ſententia: Ne teſtes recipiantur adverſus tabulas vel inſtrumenta, quæ etiam teſtium ſubſcriptionem habent: & eam expreſſit Harmenopulus his verbis*, lib. 1. tit. 6. ἄγραφος μαρτυρία κατ' ἐγγράφου μαρτυρίας ἰσχύειν οὐ δύναται.

1. * 28.

Contra ſcriptum teſtimonium non ſcriptum teſtimonium non fertur [29].

De ingenuitate.

2. Imp. ALEXANDER A. Carpo.

Si tibi controverſia ingenuitatis fiat, defende cauſam [tuam inſtrumentis [30] & argumentis, quibus potes: Soli [31] enim teſtes ad ingenuitatis probationem non ſufficiunt. PP. 10. Kal. Maji, MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De teſtimonio domeſtico.

3. Impp. VALERIANUS & GALLIENUS AA. Roſæ.

Etiam jure civili domeſtici [32] teſtimonii fides [33] improbatur [34]. PP. 3. Kal. Septemb. VALERIANO III. & GALLIENO II. AA. CONSS. 256.

De teſtatione ſola.

4. Imppp. CARUS, CARINUS, & NUMERIANUS, AAA. Valerio.

Sola [35] teſtatione prolatam, nec aliis legitimis [36] adminiculis cauſam

legem adnotat Gothofredus, lege Rainaldum Corſum *lib.* 2. *indag. cap.* 6. Joan. Aurpachum *lib.* 2. *allegat. ſingul. cap.* 4. Felin. *ad cap. per tuas & ad c. fraternitatis. de teſtib.* ubi Pariſ. *n.* 22. 57. & 65. Socinum *Reg.* 403. Cottam *in Memoral. in verb. teſtis regulariter.* Decium *ad l. juris ignorantia.* 2. *lect. num.* 14. J. *qui admitt.* Alexandr. *ad c. atteſtationes. in fin. extr. de deſponſat. impub.* Ripam *ad l.* 4. §. *hoc autem jud. num.* 76. *ff. de damn. infect.* Guidonem Papæ *quæſt.* 72. & 124. rurſus Alexandr. *conſil.* 238. *num.* 4. *lib.* 6. Abb. *ad c. in præſentia. num.* 75. *de probationib.* Port. Imol. *l.* 1. *concluſ.* 39. ubi ponit 7. ampliationes & 70. limitationes. *Mod.*

1 Didiciſſe teſtificata productionem teſtium impedit. 2 Quarta productio teſtium requirit ſolennitatem. 3 Juramento probatur animi qualitas. 4 Non continuo qui in libertatem proclamat ex inſtrumentis ſuæ emptionis (id eſt, quibus conſtat ſuam libertatem quondam vendidiſſe) quæ penes ſe habet, præſumitur liber, præſumitur potius ea ſubtraxiſſe: niſi a domino reddita, animo manumittendi, probaverit. Diverſum erit, ſi in libertatem ultro non proclamet, ſed eum in ſervitutem dominus aſſerat, tunc enim ſola productione inſtrumenti præſumitur liber, niſi ſubtractum probetur. vid. 12. *Ecl.* 1. *c.* περὶ ἀναφωνήτων *&c. ex tit.* 9. 20. 21. Interim nota veteris moris veſtigium, quo in uſu fuit manumiſſis inſtrumenta ſervitutis reddi. 5 *l.* 2. *ff. h. t.* 6 *l.* 5. *l.* 13. *infr. de fid. inſtr.* 7 Furi non prodeſt inſtrumentum ſubtractum. 8 Vide Zaſium 2. *Reſponſ.* 12. 9 Inſtrumentum nihil aliud probat, quam quod in eo continetur: non juvat recitantem, ſed eum, quem tenor ſcripturæ deſignat. *l.* 4. *in fin.* J. *ſi quis alteri vel ſibi.* 10 Indicia valent ad probationem. vid. *l. ult.* J. *h. t.* 11 Non ideo ſi ex mea pecunia fundum emiſti, fundus meus eſt. vid. *l.* 1. J. *ſi quis alteri, vel ſibi.* At habeo penes me emptionis iſtius inſtrumenta, ut hinc poſſit præſumi emptionem meo nomine factam? non eſt efficax hæc præſumptio. Quid juris? ejus erit fundus, cujus nomine fundum emptum fuiſſe inſtrumentum demonſtrabit. 12 Non ſi mater, aut frater ſervilia fecit miniſteria, ideo filii aut fratres ſervi præſumuntur. 13 Facit *l.* 17. S. *h. t.* 14 *l.* 11. S. *de pet. hered.* 15 Negativa facti probari non poteſt. *l.* 10. *in fin.* J. *de non numer. pec.* juris poteſt. *l.* 5. *in fin. ff. h. t.* ſed & ea quæ tempus, & locum habet adjunctum, veluti ſi te vel adverſarium abfuiſſe probaveris. *l.* 14. *in fin.* J. *de contrah. ſtip.* §. *item verborum.* 12. *Inſt. de inutil. ſtipul.* Hujuſmodi negatio non eſt pura vel ſimplex. adde *l.* 5. J. *de codicillis.* Martinum de Fano, & Franciſcum Herculem Petrachinum *tract. de negativa probanda.* & Lanfrancum de Oriano *in c. quoniam de probat. n.* 3. 16 An & quatenus verum ſit, quod regulariter dicitur, negativam probari non poſſe, docebit te Bartol. *hic* & *ad l. ſi conſtante. num.* 7. *ff. ſolut. matr.* Decius *ad l. ſi emancipati. num.* 2. *in fin.* J. *de Collat.* Afflictus *deciſ.* 400. *num.* 9. Cravetta *conſ.* 1. Aret. *conſ.* 83. Bar. *conſ.* 81. latiſſime Rip. *ad l. in illa. ff. de verb. obligat.* & *ad c. Eccleſia Sutrina. n.* 72. & *ſeq. ext. de cauſ. poſſeſſ. & propr.* Cagnolus *ad l. ſi emancipati. n.* 35. J. *de collat.* Mod. 17 *l.* 3. *C. Theod. de fide teſtium & inſtrumentorum.* ubi Scholiaſtes & interpres hanc ſententiam proponit: Eos qui ſcripturam in audientiam protulerint, veritatem ejus probare juberi: quod in omnibus cauſis hoc ſtatutum ſit, ut ſcripturam probator affirmet. Nam ſi is qui ſcripturam protulit, ejus non adſtruxit veritatem, ut falſitatis reus retinebitur. Æque obſcure autor Synopſeos 22. *tit.* 1. *c.* 57. refert, eum qui ſcripturam protulerit, ipſum eam veram eſſe probare cogi: ac niſi id doceat, falſi judicium ſuſtinere. Itaque ut lucem his autoribus adferamus, proferre ſcripturam aut (ut hic legitur) *ſcripturam ſuſpectam comminiſci*, & promere in judicio, nihil aliud eſt, quam ſcripturam adverſarii commentitiam, ſuſpectam, & falſam accuſare. 18 In crimine falſi ſuſpicio habetur pro veritate. Alexand. *conſ.* 77. 1. *vol.* Decius *conſ.* 189. 1. *col.* Joan. de Anan. *conſ.* 48. Franc. Curt. *conſ.* 55. porro vide præterea ad hujus legis intellectum Decium *ad c. porrecta. notab. ext. de confirmat. util. vel inutil.* Socin. Jun. *conſ.* 61. *num.* 11. *lib.* 2. & *conſ.* 45. *num.* 11. *vol.* 3. Fortunium Garziam *conſ.* 123. *n.* 24. *inter conſ. crimin. vol.* 1. Bart. *conſ.* 28. *col.* 5. Alexandrum *ad l.* 1. *in princ. in ultim. col. ff. de novi oper. nunciat.* Baldum *ad legem presbyteri.* S. *de epiſc. & cleric. in fin.* & Lanfrancum *in c. quoniam. in verb. teſtis. de probat.* Mod. 19 Id eſt, qui ajunt falſam ſcripturam productam. 20 *Al.* promiſerint. 21 Adſtrinxerint. *Hal.* 22 Nefariæ. *Hal. C. Theod.* 12. 39. 7. 23 Qui accuſat inſtrumentum de falſo, nec probat: punitur tanquam falſarius. adde *l.* 2. J. *de fide inſt. l.* 22. J. *ad leg. Corn. de falſis. l.* 3. §. 4. *ff. de ſuſpect. tutor.* merito: nec enim de ſuſpicionibus judicandum. *l.* 16. J. *de pœn.* 24 Recte hoc additur: non enim omnis teſtis eſt idoneus. 25 Præcipuæ ac plenæ probationum ſpecies ſunt, inſtrumenta publica, teſtes duo vel plures, facti evidentia, confeſſio judicialis, juſta & urgens præſumptio, indicia. *l.* 21. S. *h. t.* indubitata, luce clariora, *ut hic*: certa. *l.* 19. S. *de rei vind.* jure prodita. *l.* 15. J. *de jure dot.* apertiſſima rerum argumenta. *l.* 3. §. 4. *ff. de ſuſpect. tutor.* evidentia *l.* 34. J. *ad leg. Jul. de adulteriis.* liquida. *l.* 2. J. *de in litem jurando.* evidentiſſimæ. *l.* 34. §. 3. *ff. de legat.* 1. liquidæ & manifeſtæ probationes. *l.* 14. *in fin.* J. *de contrahenda ſtipulatione.* manifeſtiſſimæ rationes. *l.* 17. *in fin. ff. de manumiſſ. teſtam.* probationem faciunt. Jusjurandum eſtne per ſe ac ſolum legitimæ probationis genus? Oldendorpius putat *in Topicis cap.* 3. *de plena & ſemiplena probatione.* Cujacius negat *hoc titulo.* Sed admittit tantum eſſe adminiculum infirmæ probationis. *Edicto Juſtiniani ſeptimo.* 26 Hyperbole: Sic continue fieri dicitur, quod tamen explicari poteſt aliquo actu interpoſito. *l.* 137. *ff. de verb. oblig.* ſic adoranda æternitas Imperatoris. *l.* 2. J. *de fabricenſib.* Imperator totius mundi dominus. *l.* 9. *ff. ad l. Rhodiam de jact.* Sunt & aliæ ſimiles in jure non infrequentes.

27 Paulus 5. *ſentent.* 15. & 22. *ff.* 5. *Novell.* 90. & 21. *Ecl.* 1. Harm. 6. 3. *quæſt.* 4. 5. 9. & 14. *quæſt.* 2. & 2. *Decret.* 20. & 2. *Sext.* 10. & 2. *Clem.* 8. vide Oldendorp. *in tract. de teſtib.* Rebuff. *tom.* 3. *tract. de teſtib.* 28 Latina interpretatio. 29 Sic diſtingue, Aut de teſtimoniis adverſus tabularum fidem admittendis agitur, aut de tabularum ex poſtfacto inutilitate. Quod ad poſtremum attinet, Tabulæ, cautiones ſyngraphæ teſtibus munitæ, nudis teſtibus potiores videntur, ut in illas nudi teſtes non audiantur. Quid ſi quinque teſtes adhibiti rogatique ſolutionem eſſe factam reſpondeant? audientur. *l.* 18. J. *h. t. Novell.* 90. *c.* 4. alias chirographum, apocha vel alio ſcripto tantum refellitur, non teſtibus. *l.* 25. *in fin. ff. de probat.* Videamus de priori ſpecie, quoties ſcil. de fide tabularum dubitatur. Inſtrumenti falſitas teſtibus probari poteſt. Paulus 5. *ſent.* 15. §. 4. adde *l.* 14. *in fin.* J. *de contrahend. ſtipul.* Sed iidem (poſſunt etiam alii in caſu *l.* 14. *in fin.* J. *de contrah. ſtipulat.*) teſtes qui in inſtrumento interfuerant, ejus falſitatem poſſunt arguere. Paulus 5. *ſent.* 15. §. 4. eoque caſu viva vox (quam tamen vult munitam eſſe jurejurando Juſtinianus *Novell.* 73. *cap.* 3. Harmenop. 1. *tit.* 6. *cap.* περὶ ἀγράφου) præfertur ſcripturæ. Quid ſi teſtes omnes non conſentiant? majoris partis depoſitione ſtabitur. Quid ſi ſint æquales? ex eorum depoſitione, quæ inſtrumenti narrationi conformis fuerit, judicandum erit. Quod diximus de tabulis & chirographis, an idem obtinet in teſtamentis? teſtamentum alio teſtamento eſtne præciſe revocandum, an potius revocatio teſtibus probari poterit? Sic ſane *l.* 27. J. *de teſtam.* Qua in ſpecie ſi quæſieris, quot teſtes requirantur, verius dixeris tres ſufficere, ſi de decennali teſtamento agetur. *l.* 27. J. *de teſtam.* hoc ceſſante, totidem requiri teſtes, quot in teſtamento faciendo requiruntur. adde Cujac. 13. *obſerv.* 38. & 16. *obſervat.* 25. 30 Acta ordinatoria judicii coram arbitro facta, coram judice fidem non facere hinc colligunt. de quo vide Socinum *reg.* 8. 31 Ne dicas ingenuitatem teſtibus ſolis probari non poſſe, ſed potius, non tantum teſtibus, ſed & inſtrumentis & argumentis probari. *l.* 6. J. *de fide inſt. l.* 16. *de liberal. cauſ. l.* 10. S. *tit. prox.* Soli teſtes non ſufficiunt, id eſt, non ſolummodo: adde *l.* 10. 13. *l.* 17. S. *tit. proximo.* Porro videbatur dicendum, Teſtibus ingenuitatem probari non poſſe. Nam ingenui ætas, ut naſcitur, conſcribi ſolet. *l.* 2. *ff. de excuſ. tut. l.* 3. *ff. de cenſib.* Videri exinde ad probationem ingenuitatis ſcripturam præciſe requiri, quæ ab ejus nativitate ſit exacta. Alia ratio ſumi poteſt ex cauſa ſanguinis. *l.* 3. §. 3. *ff. h. t.* 32 Domeſtica teſtimonia. κυριακαὶ μαρτυρίαι. 21. *Ecl.* 1. *c.* 24. teſtis de domo. *l.* 24. *ff. h. t.* puta pater, filius. vid. *l.* 6. J. *h. t.* uxor, ſervi & ſimiles perſonæ: de quibus vide quæ notavi ad *d. l.* 24. & *l.* 4. 5. *dicto tit.* mercenarius. *l.* 11. §. 1. *ff. de pœnis*: hoc addendum, domeſticum tempore teſtimonii dicendi ſpectari, niſi is in quem agitur data opera teſtem emerit: & ita ſervum ſuum fecerit, ne teſtimonium ejus audiretur: aut eum alteri vendiderit: ut venditionis occaſione adverſus tertium eo uteretur. *l.* 1. §. 12. *ff. de quæſtionib.* vide Oldendorp. *c.* 4. *de teſtib. n.* 5. 33 De domeſticis teſtimoniis adde ea, quæ adnotavit hic Gothofredus late diſputata a Marſil. *ſing.* 5. Tiraquel. *in tract. ceſſant. cauſ. prim. part. num.* 101. Guidone Papæ *quæſtion.* 45. Diazio *Regul.* 746. Franc. Turz. *ad Regul.* 75. Bartolo *ad l. ſervos.* J. *de quæſtion.* & Baldo *ad l. qui teſtamenta.* §. *quicunque. ff. de teſtam.* Mod. 34 Adverſus tertium ſcil. & ubi teſtium *domino, vel patri* aliquid adquiritur. 1. Harmen. 6. *c.* περὶ κεκωλυμένων μαρτύρων. *l.* 9. *ff. de teſtib.* Quid ſi tertius ultro petierit domeſticos interrogari? Accurſius putat forte cogendos: diſtingue melius: nam parentes, & liberi, etiam inviti non coguntur alii in alios teſtimonium ferre. *l.* 4. *l.* 5. *ff. h. t.* Servi certis caſibus coguntur. *l.* 1. *infr. de quæſt. l.* 10. §. 4. *ff. de quæſt.* 21. *Ecl.* 1. *c.* 27. *in fin.* reliquæ perſonæ non ita conjunctæ etiam admittuntur: ſi ſint honeſtæ. vide Joan. Anch. 2. *q.* 69. *num.* 7. Lego apud Paponem duos infantulos adverſus parentem ſuum interrogatos & parentem eorum indicio pene ſublatum 24. *Arreſtor.* 9. *num.* 7. Quin & de nece domini adverſus tertium ſervi interrogantur. *l.* 1. *ff. de SC. Silaniano.* Quid ſi de injuria alicui illata agatur, *domeſticis* eſtne fides adhibenda adverſus tertium? poteſt adhiberi, ſi modo ceſſent aliæ probationes, & teſtes inter ſe conſtent. Nam *ex probata domeſticorum conſtantia & ſimplicitate efficitur ſuſpicio.* 35 Solam, *vulgat.* Quæri poteſt, quid hic ſit *ſola teſtatio.* Ne dicas, Teſtimonium non valere ſine juramento, ſeu non interpoſito jurejurando (poteſt enim remitti juramentum) *l.* 6. *l.* 37. *l.* 41. *ff. de jurejur.* aut ſine judicis præſentia (id enim non generale eſt. *l.* 15. *ff. de jurejur.*) aut ſine ſententia (id enim Bartolo merito diſplicet.) Ne dicas, nihil conferre teſtationem apud extraneas perſonas illegitime factam. *l.* 13. J. *de fide inſtrument.* (hæc enim interpretatio ſequentem ad titulum magis pertinere videtur.) Ne dicas ſolam teſtationem ſine publicatione, fidem non facere apud alium judicem (hoc enim non perpetuo verum eſt) aut ſine ratione teſtimonium non valere (nam ne hoc quoque perpetuum eſt. *c. ſicut. de re jud.* unde ex hoc loco notat Socin. *reg.* 401. 402. Teſtem teſtimonii ſui cauſam non reddentem recte teſtari: ejuſque teſtimonium valere caſibus illis exceptis, in quibus cauſam reddere tenetur) Loriotus putat, Totum judiciale negotium a citatione ad executionem uſque ex ſolis teſtationibus ſine alio titulo ſubſtantiam capere non poſſe, ut quemadmodum ex ſcriptura contractus non naſcitur. *l. Publia.* 26. §. 2. *ff. depoſiti.* ita ex ſola teſtatione naſci non poſſit. *l.* 2. *ff. de doli except.* quamvis vere facta ſit, non tamen judicis ſententiam confirmat; ſi falſa ſit ſententiæ cauſa. Quare nihil agetur, ſi ſententia nullam aliam cauſam, quam teſtationem teſtium continebit, cum hoc præterea ſcire judex debeat, quo titulo reus debeat. 36 Teſtis legitimis adminiculis cauſam non approbat, qui dicti ſui cauſam non reddit. Quæ ſit ita teſtatio, ſola eſt & nuda, id eſt, qui ita teſtatur, non probat: qua de re vide Oldendorp. *c.* 5. *de teſtib. num.* 4. Wurmſ. 1. *pract.* 1. *obſerv.* 1. poteſt tamen interrogari denuo. Idem *obſ.* 2.

ſam